uel aliena dicatur. et ipsos commentarios tam ueterum scriptorum
esse quam nostros. quod non uidens praecursor eius grunnius. olim nisus est
carpere. cui duob: respondi libris. quae iste quasi sua profert & alio iam calum
niante purgata sunt; ut praeter eam contra iouinianum uolumina in quib;
dolet uirginitatem nuptiis. & nuptias digamiae. & digamiam poligamiae
esse praelatam; nec recordatur stolidissimus & scottorum pultibus
praegrauatus nos in ipso dixisse opere non damno digamos. immo nec tri
mos. plus aliquid inferam. etiam scortatorem recipio paenitentem; quic
quid aequaliter licet. aequali lance pensandum est; legat eiusdem operis
apologiam. quam ante annos plurimos aduersum magistrum eius gau
dens roma suscepit. & tunc animaduertet alienis se uocibus blasphemare.
& in tantum esse imperitum. ut ne maledicta quidem habeat ppria. sed inimicorũ
etiam olim sepultorum contra nos utatur rabie; sed iam propositum
opus aggrediendum est;

VERBA HIEREMIAE FILII HELCHIAE DE SACERDOTIBUS QUI FUERUNT
In anathot. in terra beniamin; quod factum est uerbum dñi ad eum in dieb:
iosię filii amon regis iuda. in tertio decimo anno regni eius. & factum est
in diebus ioacim filii iosię regis iuda. usq. ad consummationem undecimi anni
sedechię filii iosię regis iudae. usq. ad transmigrationem hierusalem in mense
quinto; ceteri prophetę ut esaias. osee. iohel. fuerunt ante captiuitatem decem
tribuum isrl. siue duarum tribuum iudae & beniamin. alii post captiuitatem
ut danihel. aggeus. & zacharias; hieremias uero & hiezechiel inminente cap
tiuitate uaticinium texuerunt; sed alter eorum in terra iuda. alter in babylone;
hieremias cum esset adhuc puer. pphetare coepit anno tertio decimo iosiae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0012